

Occasionalia W-179.
potissimum carmina
vol. I. fasc. 19. ~~179.~~

Centuria annulariorum singulorum.

Urg. W-179.

26

ORATIO GRATVATORIA,
QVA
SERENISSIMVM
PRINCIPEM
DOMINVM
DN.FRIDERICVM
AVGVSTVM
REGIVM ET ELECTORALEM PRINCIPEM,
RECTOREM MAGNIFICENTISSIMVM
CELEBERRIMAE
ACADEMIAE VVITTEBERGENSIS,
VIGESIMVM AETATIS ANNVM FELICITER
INGRESSVM,
ET
PAVLO ANTE EX GRAVI, QVO IN VENETIS TENEBATVR, MORBO
FELICIBVS AVSPICIIS ELVCTATVM
IN MAGNA
PATRVM CIVIVMQVE
FREQUENTIA
IN TEMPLO ARCIS
NON IS OCTOBribVS ANNO MDCCXVI
PVBLICE VENERABATVR
IOHANNES THEODORICVS DE HARTIZSCH
EQVES MISN.

VVITTEBERGAE SAXONVM
EX OFFICINA IOHANNIS LVDOLPHI FINCELIL



PHYSIOL. ET C. MEDICO-
MATERIALIA
M. R. S. P. F. S.
P. A. M. D. S. T.
E. M. E. L. E.
M. M. I. D. E. S.
C. V. I. C. I. C.

H
CO
RE
EX
X

CIV



lit.
pol.
die
ria
um



PR·ORECTOR MAGNIFICE,
COMES ILLVSTRISSIME, VIRI SVMME
REVERENDI, AMPLISSIMI, CONSVLTISSIMI,
EXPERIENTISSIMI, EXCELLENTISSIMI, MA-
XIME REVERENDI PRAECELLENTISSIMI,
ITEMQUE
CIVES ET HOSPITES PRO EA, QVA QVIS VTH-
TVR FORTVNA HONORATISSIMI.



Lluxerunt Nonae Octobres, et felicis-
simi quodam sidere illuxerunt, quas
ante hos uiginti annos Regii nostri
ortus **PRINCIPIS** Saxonum sa-
luti aequa, ac totius Germaniae, nati ad ommem
posteritatis memoriam insigniuit. Illuxit ille
dies, inquam, quo, iucunda recordatione, memo-
riam Natalis Eius; unde felicitatis nostraeiniti-
um dicitur, renouamus. Illuxit exoptatus ille
A 2 dies

10
dies, quo ante hos uiginti annos, *Saxonia* omnis
gratulatione, et plausu personuit, quo summa rerum
in tuto collocata, quo externae quoque gentes gra-
tulabundae ad nos aduolarunt, ob debellatum ho-
stem, quem in ipsis etiam uisceribus alebamus, hoc
magis pertimescendum, quod intestinus esset, or-
bitatem istam duram Regii, et Electoralis ortu
PRINCIPIS expugnatam, intelligo, quae Pa-
triae nostrae interitum uastitatemque minitaba-
tur. Quamuis autem nostrarum utique sit par-
tium, has faustissimas Octobres Nonas toties, quoti-
es recurrent, omni gaudio celebrare; tamen, ut in
his potissimum animi laetissimi indicia prodamus,
recuperata, Dei benignitate, sanitas Regii **PRIN-**
CIPIS suadet. Sane haec laetitia tanto maior
est, et exquisitor, quo acerbior diutina fuit tristi-
tia, et aegritudo, quae hanc praecessit. Nullum e-
nim esse, arbitror, quem fugiat, in quo moerore lu-
ctuque uniuersa sit Gens Saxonica ante uersata.
Certe haec sollicitudo, quae omnium animis injecta
erat, fama percrebescente, Regium, et Electoralem
PRINCIPEM, iniqua ualeitudine in *Venetis*
conflictari, mentes, animosque omnium *Saxonum*
tenuisse.

tenuit percussos. Accedebat longe plus timoris,
cum emanaret uulgo, morbum quo Regius PRIN-
CEPS tentaretur, illum esse, qui, ante hos pau-
cos annos omnes Sacri Romani Imperii fines non
sine luctu summo depopulatus est, eripiendo Caput ei
suum Diuum IOSEPHVM, inquam, et, qui hac
ipsa tempestate iisque in Prouinciis exitio non pau-
cis fuit. Imo ea magnitudo, is sensus erat tristitia e-
bnius, ut ipsum quoque Magnanimum REGEM
afficeret fortiorum alioquin, et animosiorum, quam
ut aduersus rebus ullis frangi possit, ac perturbari.
Tantus dolor, ac metus fuit, ut **REGINAE**
MATRIS animum, praesidio sanctitatis muni-
tum, et admirabili prorsus constantia, omnes uitae,
fortunaeque tempestates, sustinentem coepert uul-
nerare. Tantus denique fuit, ut **REGIAE**
AVIAE animo, non solum molestas, acerbasque
curas, et aegritudines attulerit, sed causa quoque
propemodum fuerit imbecillatum, quae adhuc in
eius, ab ingruente senio, debilitatum corpus, prob
dolor tantos fecerunt impetus, parum ut abfuerit,
quin illud fregerint, nisi Numinis Diuini immen-
sa bonitas, cuius auxilium rogauimus supplices, pre-
B cibus

cibus nostris commota, hos impetus compressisset. Et enim tristitia, quam ex statu illius, quem habemus charissimum, iniquo percipimus, efficere consuevit, ut non solum animum sauciet, aut effodiat pectus, sed ipsum quoque corpus incommodis haud unis affligat. Haec profecto tristitia tanta fuit, ut etiam Musae huius celeberrimae ad Albin Academiae, contremiscere sint usae. Haec tanta, inquam, fuit, ut totam Saxoniam planctu, lamentisque ita repleret, ut omnium ora, uultusque in terram deieci, ut omnium oculi lacrymis pleni conspicerentur. Quae quidem perturbatio, atque molestitia prorsus digna esset admiratione, quippe quum tanta erat, quanta nequidem, ob extinctum suum Principem alii afficiuntur, nisi notum esset, praeter innatam Genti Saxonum erga Principes uenerationem, quantum nostri etiam Optimi **PRINCIPIS**, statim ab initio, uel admiratione capti fuerint, uel flagrauerint charitate. Haec autem perturbatio, ex periculo Regii **PRINCIPIS** orta morbo, non Saxoniae solum finibus circumscripta erat, sed latius patuit, per omnem quippe Germaniam longe, lateque diffusa. Et, quis miretur, tantam ferme omni-
um

um coortam fuisse trepidationem, cum anceps, et du-
bia **PRINCIPIS** lecto affixi, salus nuntiaretur, in
quo tamen **Spes** omnium, et omnium salus haud
dubie sita esset. De nostro enim **PRINCIPE** me-
rito bene sperant omnes, cuius Natalis Dies, non
sine prouidentiae diuinae argumento, in diem illum
incidit, qui **Spei** quoque nomen omni felici pre-
se ferebat. Constat, exploratumque est, in Principum
natalibus omina fere quaedam contingere, ex qui-
bus de futura magnitudine, de fortuna, uel aduer-
sa, uel secunda, de imperii administratione, aliisque
coniicere licet. Ita Somnium illud Mandanis ma-
gnitudinem praedixit Cyri; sic Augusti ma-
gnitudo praesagita est somnio matris, quo intestina
sua ferri ad sidera, et explicari per omnem terra-
rum, coelique ambitum conspiciebat. Similiter ue-
nusta, et fulgens illa stella, quae natali die Caroli
Magni in coelo cernebatur, praefagium erat, illum
singularis, ingentisque imperii Dominum, et multa-
rum Domitorem gentium fore. Exemplum Jo-
annis Friderici, Defensoris emendatae religionis,
pietate, et animi magnitudine Inlyti, memoratu-
dignum est, cuius res aduersas, quae deinceps ipsi

acciderunt, crux illa coloris aurei, qua insignitus;
in lucem editus est, sine dubio praedixit. Quam
uero felicitatem de nostro **PRINCIPE** Regio,
cuius Natalis infastis est Dies Spei, nobis pro-
mittamus. O felicem Spei diem, diebus Fidei
et Charitatis stipatum! O faustum Saxonibus
omen! Quae sane **Spes** hoc maior est; quo magis
illustribus factis, uel in regionibus externis, Fidem
et Charitatem, quas inter Spes medium tenet lo-
cum, se se exerere uideamus. Itaque non est, quod
miremir perturbationem ex aduersa Regii **PRIN-**
CIPIS nostri ualeitudine suscep tam, qui, nullis non
tanto quidem **PRINCIPE** dignis uirtutibus op-
pido excultus, quam omnes conceperunt, par est
Spei. Spei **REX** Potentissimus habet certis-
simam, suum Haeredem fore eum, qui, partem
curarum in se suscipiendo, onus regnandi,
quod admodum graue, siis solis humeris sustinet,
leuius aliquando reddat, qui Saxoniae beatum,
fortunatumque statum, quem ipsa curae, ac uigilan-
tiae Clementissimi **REGIS** nostri fert acceptum,
modis omnibus confirmet. **REGIS** igitur animus

acci-
audi



audita ista fama non parum fuit perturbatus il-
lum, illum in grauem delapsum esse morbum, in quo
solo Spem Regii Generis omnem, omne Spei
decus iam pridem collocasset. **REGIÆMATRI**
nibili minores, leuiioresque sollicitudinis causae sup-
petebant, cui uerendum utique erat, ne tali casu
Spes eluderetur, quam alebat certissimam, bre-
ui, de hac Arbore Generosa gratissimos percipien-
di fructus, quam Ipsa certe sedulo colens ac fingens
in rectam decoramque, largiente incrementa Deo,
proceritatem euexit. Neque mirari subeat, constan-
tem **REGIAE AVIAE** animum ob lunc ru-
morem perturbatione fuisse occupatum. Haec enim
graui iam senectute preffa in solo Hoc Nepote Suo
omnem animi oblationem, omnem uoluptatem,
omne leuamentum aegritudinis, quae senectutem
fere comitari solet, se quaerere posse et inuenire
Spem certissimam fouet. Nostras etiam Mu-
jas non immerito haec perturbatio affecit, quibus
certe extrellum concinnaesse uidebatur fortuna ca-
sim. Hae enim amisissent **PRINCIPEM**, de quo
certissime sperant, fore, ut felicitatem eam aliquan-
do tueatur, quam **REGIS** Potentissimi, Statoris

C

Sui

Sui indulgentiae prope soli se debere certatim et ingenue profitentur. Praecipua tamen incolis Saxoniae lugendi causa erat amissuris omnino PRINCIPEM Spei sua genitum, pietate et prudentia praestantissimum, iustitia et clementia nulli temere secundum, eum amissuris PRINCIPEM inquam, quem DEUS ideo nasci uoluit, ut esset, in quo se uirtus mortalibus omni ratione modoque probaret; et cui nec uoto similis expeti potest. Amisissent profecto Saxones PRINCIPEM, cui tant-a concordia, tantus concentus omnium contigit uirtutum, ut fortitudini respondeat pietas, constantiae sapientia, seueritati ac iustitiae nihil clementia lenitasque detrahatur. Antiqui mortales, Graeci maxime ac Romani Heroes ac Principes suos, quos uirtutibus excessisse mortale fastigium, existinabant, progeniem scilicet Deorum. Sic, Alexandrum Joue, sic Marte Romulum genitum ferebant. Nobis necesse non est ad haec ludibria, et futiles fabulas descendere, admiraturis excellentissimarum uirtutum in nostro PRINCIPE causas. Quid quaeramus autores, quos cernimus? quid fictios iactemus parentes, qui nonimus ueros.

ros? *Quid, nisi magnum producant corruati
in unum Saxonici et Baruthini Sanguinis fon-
tes?* *Quid, nisi absoluti prorsus Principis ex-
emplum in nostro PRINCIPE Regio de-
prehendamus, cuius Serenissimos Parentes a-
nimi magnitudo, et singularis pietas omnium ex-
posuit rationi?* Nos, sine assentationis uitio, af-
firmamus, **PRINCIPEM** nostrum quasi
hereditate relicta Inclytorum uirtutes Maio-
rum accepisse. Res loquitur, Saxoniae Principes
optimarum quarumque uirtutum gloriam ita sibi
fecisse propriam, ut eius palmam his nullus Prin-
cipum praeripuerit unquam, maximus autem quis-
que apud hos inuenerit, quod imitaretur. Inuete-
rata enim uirtus, animusque uere magnus infalli-
bilia sunt Saxoniae Principum signa. Quot enim
numeramus, in Saxonia, posteritatis admiratione
insignes Principes, quorum aliis Pii, Sapientis a-
lius, unus Constantis, alter Placidi, quidam Ma-
gnanimi, non nemo Animosi cognomen est adeptus?
His uirtutum laudibus merito et Regium **PRIN-
CIPEM** nostrum cohonestamus, in quo omnes
uirtutes, quae Inclitos Maiores his praeconiis di-

gnos reddiderunt, conspirant. Quid miremur itaque, quod tantum terrorem Saxoniae incolis Regii nostri **PRINCIPIS** incusserit iniqua uale tudo. Amisissent enim **PRINCIPEM** Saxones in patriae Spem genitum, ac cuius exquisitissimis uirtutibus eandem felicitatem sese consecuturos sperant, qua sub **FRIDERICI AVGUSTI** Regis atque Electoris nostri auspiciatissimo regimine iam perfruuntur. Amisissent Principem iidem, cuius uirtutum, quas exteri quoque ad inuidiam usque admirantur, uberrimos sunt fructus propediem collecturi. Merito lugebat Saxonia, cui et iacturam maximam, et summum periculum, periculosus Optimus **PRINCIPIS** morbus comminari uidebatur. Ita enim dura ista orbita deprecanda semper Saxonibus, accelebranda **CHRISTIANAE BERHARDINAE REGIAE MATRIS** fecunditate pridem expugnata, iterum in uiscera Saxoniae nostrae irrepisset, salutem huius isto munimento, quo in Natali Regii Principis nostri confirmata est, destitutam haud difficile negotio destructura. Profecto enim regio, cuius gremio intestinus hic hostis insidet, firmiore quodam munimento plane desti-

destituitur, quod opponi casibus possit, qui subito
saepe ingruunt, conuellunt rempublicam, ac tur-
bant. Non classēs enim, et legiones, non alte recon-
ditae opes, et thesauri, non arcēs aditu difficiles,
ualida regnis munimenta praebeant, sed bonus cer-
tusque successor, et uirtutum hae res paternarum
Hic autem terror non in Saxoniae solum finibus.
conquieuit, sed omnem quoque Germaniam pera-
grauit, quae a **PRINCIPE** Regio, qui suorum
gloriam sequitur Maiorum, ea merita, quae illi con-
tulerunt, expedit iam et expectat. Nulli enim Prin-
cipes tot tantiisque in Imperium et Imperatores in-
clyti sunt meritis, quam Principis nostri Maiores,
Marchiones nominatum Misniae, ortique ex his
Saxonicae Electores ac Principes regionis. Quo-
rum ob merita, quibus in bello praesertim Hussi-
tico isto, Imperatorem sibi Fridericus ille Bellico-
sus deuinctum reddidit, translatam in se dignita-
tem Electoralem, extincta paene Atianorum pro-
pagine, sunt adepti. Cumque in eorum se numerum
ascitos, intelligerent, qui solidae Bases Imperii et
Columnae immobiles dicuntur, quibus Augustissi-
mi Imperii aedificium tuto innitatur, officii sui, et

D

di-

dignitatis haud immemores, finibus Germaniae custodiendis semper fuerunt intenti, nec labori parcentes ulli salutem, uitam, fortunasque suas, pro salute Imperii, pro uita, fortunisque ipsius Imperatoris intrepide, nec sine luculento singularis cuiusdam fidei argumento nunquam non omnibus hostibus obiecerunt. *Ipsa Augusta* sedes ab infestis obessa, oppugnataque Turcis, sed auxiliatissimo Ioannis Georgii III. nostri ductu liberata, hoc non obscure testatur, ipsa Temesuaria, cui arma, tormentaque uictoria ob Inuitissimo CAROLO VI. bono quodam omni admota, hoc testatur, prope quamfuis fugatisque barbarorum copiis, insignem iustamque uictoriam Potentissimus REX noster,
FRIDERICVS AVGSTVS reportauit.
Pari constantia, et fide salutem quoque Germaniae, inturbis intestinis, quibus ea concussa plus scemel est, Saxoniae Heroes nullis parcentes sumtibus tuendam suscepereunt. Cuius rei luculentum exemplum esse potest Marchionatus Lusatiae, qui ob impensas inturbis Bohemicis factas, primo pignoris loco, deinde pleno perpetuoque Jure beneficiario Saxoniae Dominis est concessus. Imo, Saxoniae
Prin-

Principum in Germaniam merita maiora sunt, et
plura, quam, ut uel enarrari, nedum exornari pos-
sint. Haec eadem Germania de nostro PRIN-
CIPE Spei suae genito certissime sperat, illum
eo enisurum, ut, ad suorum morem, exemplumque
Maiorum, Dextra aliquando Imperii, Vexillum
Germaniae, Pater Custosque publicae Salutis
praedicetur. Quare merito perturbata est Germa-
nia, cum PRINCIPIS nostri Spei implenda
paris, salutem periclitari audiret. Diuini uero Nu-
minis benignitas fuit, quae superato morbi pericu-
lo conseruatam, recuperata ualeitudine, saluam,
refectis uiribus, integrum, Saxoniae, et Germaniae
Spem, Saxonicaeque Gentis Delicium sartum, te-
cumque conseruauit. Hoc Numen Divinum tot
precibus, tot uotis, quae pro salute Regii PRIN-
CIPIS nostri, quotidianas inter lacrymas, gemi-
tusque perpetuos adhucfusa, oratum, exoratum.
que est, ut Regio PRINCIPI nostroualeudinem
pristinam restituat, atque adeo, nostram salutem in
discrimen propemodum adductam mirifice confir-
met. Idem illud Numen Divinum hunc diem fau-
sum festumque fecit, quo gaudet REX Poten-.

D 2 tis-

tissimus, quo exsultat **REGINA** Clementissima,
quo laetatur Regia **MATER** Celsissima,
sibi redditum iri Regiae Domus suae Munimentum,
et saluum esse Principem, qui in eo est, ut
Spem de se conceptam adimpleat breui. Nostrae
etiam Musae **RECTORIS** sui Magnificentissimi
Natalem, gaudio repletae, elataeque celebrant,
Spe optima plenae, fore, ut felicitatem suam,
FRIDERICI AVGUSTI Patris Patriae
beneficio uere Regio inchoatam, Regius **PRIN-**
CEPS noster imposterum quoque sustentet. Me-
rito faustis omnibus uniuersa certat Saxonia, me-
rito ciues consternati ante, ac metu paene oppresi,
denuo se colligunt, et in acclamations, plaususque
feruntur. Nunc enim morbi metus diuino mu-
nere extinctus est, nunc salus **PRINCIPIS** as-
serta, nunc cum Ipsius ualeutudine redintegrata
commune patriae gaudium est instauratum. Nunc
nobiscum in gratiam Numen iratus redisse uide-
tur, cum tranquillior nos serenitas exhibaret, et eu-
nescere incipient atraenubus. Quapropter se Ju-
re omnium et effert, et iactat pietas, quantumque
intus quis concepit gaudii, tantumore, habitu, gestu,
et

et qua non ratione declarat. Nunc radii hilares
nostrī SOLIS Saxonici, longe licet absens, supe-
rato ueluti, quod passus est, deliquio in omnes par-
tes se diffundunt, tristibus luctuumque nebulis forti-
ter dissipatis. Quam ergo clementer benignitas
Numinis egit nobiscum, quae PRINCIPEM
nobis nostrum Optimum optime conseruauit. Hu-
ius Diuini Numinis gratiam, misericordiam, pro-
uidentiam, hodie pleno ore praedicamus, dum uo-
tis nostris pro incolumitate Regii PRINCIPIS
nostris suscepti ambenigne respondit, ipsumque gra-
ui istoc morbo liberauit, ac totam adeo Saxoniam
hoc die, gaudio plane singulari cumulauit. Huic
Numini benigno, auctori huius gaudii unico,
gratias persoluimus quam maximas, ne forte
nos indignos illa reddamus laetitia, quam Nu-
men Diuinum eo die nobis concedet, quo o-
mnia desiderio Eius afflcta bene diu et prostrata,
in Regii PRINCIPIS nostri conspectuse erigent,
receptoque nouo ueluti spiritu, in meliorem felicio.
remque statum restituentur, cum adueniente Re-
gio PRINCIPE nostro omnium se se uolupta-
tum cumulus effundet. Illucescat uero quam ci-

E

tif-

tissime auspiciatissima lux illa, qua Saxones, ad con-
spectum Saxonici HAEREDIS prorum-
pent laeti, qua ad faystum hoc SIDVS omnes
ac singuli laeti, libentesque conuolabunt. Ac mi-
bi quidem Deus ipse uidetur hac tristitia, quam
uiolentus nostri PRINCIPIS morbus excita-
uerit, ideo mentes animoisque nostros perculisse, ut
in his laetitiae uis tanto maior sit, et efficacior,
quam plenam, perfectamque ex aduentu exoptato
DELICII nostri Regii propediem percipie-
mus. Interea protege, quaejo, Deus Immorta-
lis Potentissimum REGEM nostrum, FRI-
DERICVM AVGSTVM, Patrem Pa-
triae multo Clementissimum, serua, serua saluum
hunc, et incolumem, gubernia, et rege consilia Ipsius,
iisque bonos, laetos, ac salutares euentus largi-
re. Serua incolumem REGINAM Incompa-
rabilem, serua sospitem MATREM Regiam,
Parentes Almas Patriae nostrarae Clementissimas,
quam benignissimeque effice, ut earum per multos
ad huc annos, precum fructus uberrimos colliga-
mus. Serua quoque ac, tuere Numen quam o-
ptime Regium PRINCIPEM nostrum, Sa-
xoniae

xomiae Spei firmamentum, Eumque Patriae desiderio redde, et ex communi, concordique Saxorum uoto quam diutissime florentissimum praesta.

Viuat FRIDERICVS AVGVSTVS
Heroicarum PARENTIS Magni
Virtutum Haeres unicus, Viuat, ut
per Eum uiuamus, uigeat, ut per
Eum uigeamus, floreat, ut per E-
um nouis identidem auctibus laeti
continenter floreamus.



1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000



ULB Halle
004 527 771

3



P

TA → 06

nur 11, 27, 28 verknüpft

VO 18
VIDT





ORATIO GRATVLATORIA,
 QVA
 SERENISSIMVM
 PRINCIPEM
 DOMINVM
 DN.FRIDERICVM
 AVGV^M
 REGIVM ET ELECTOR
 RECTOREM MAGN
 CELEBER
 ACADEMIAE VVI
 VIGESIMVM AETATIS
 INGRES
 ET
 PAVLO ANTE EX GRAVI, QVO IN
 FELICIBVS AVSPICII
 IN MAG
 PATRVM CI
 FREQVI
 IN TEMPL
 NON IS OCTOBRIBV
 PVBLICE VEN
 IOHANNES THEODOR
 EQVES MI
 VVITTEBERGAE
 EX OFFICINA IOHANNIS

